



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Vitae Sanctorvm

Lippeloo, Zacharias

Coloniae Agrippinæ, 1604

Martyrivm S. Marcianae Virginis quod subijt in Cæsaria Mauritaniæ, Anno domini 302. Marcelli papæ 6. Dioclet. & Maxi. Imp. 19. Ex vetustis M. S. Codicibus quibus respondent Tertullianus in ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-42667

vigore diebus 67. integrum & incorruptum permansit ut biduo post, rubescentibus genis viuis per membra sanguis conspiceretur. Tum verò & admiratio, & stupor & clamores. Itaque litigantium alij instantius sacrum pignus efflagitant, alij diligentiorē custodiam adhibent. Sed tota ciuitas tantę rei miraculo mota, dare operam voluit, ne eiusmodi ornamento, vel primi, scilicet, vel sanctissimi patriarchę reliquijs, patriarchalis ecclesia spoliaretur. Quę autem miracula deinceps acciderint, quęque accidant quotidie ad eius sepulchrum, cum omnem scribendi facultatē multitudine & præstantia superent, ea non aggregatius esse existimauit.

Cteberrima miracula ad Sepulchrum eius.

MARTYRIVM S. MARCIANÆ VIR-
ginis quod subiit in Casaria Mauritania, Anno domini 302. Marcelli papę 6. Dioclet. & Maxi. Imp. 19. Ex
vetustis M. S. Codicibus quibus respondent
Tertullianus in Apologetico in gentiles
Petrus de Natal. & Vincent. in
Specul.

Vide C. Bas. Not. in max. tyr. Rom. Item Tom. 2. Annal.

BEATA Virgo Marciana, & generis dignitate & corporis specie in primis inclita, facibus æternę glorię mirabiliter incensa, spreta mundi huius pompa, contemptisque diuitijs, ut plurimum solitaria, de virtutis pulchritudine & Christi regno philosophabatur. Cũ vero die quodam Casareensem ingressa urbem, Dianę simulachrum omni populo venerandum contemplaret propositum: zelo diuini cultus inflammata statuem deiecit, & virili quodam ausu pedibus contriuit. Accurrit ilico plebs insana Dę suę superstitione ebria, obuijs, quę sors dabat, armis instructa

9. Ianuarij.

Conterit Dianę simulachrum.

**Prostituitur
Lenonibus.**

structa eamque crudeliter cadentes, semianimes
ad pratorij atrium protraxerat. Ibi vero Iudeus
demonis propugnator miserrimus, lenonibus
prostituendam exhibet. Illa quidem Christi po-
tentiae confisa, exultans ad Lupanar processit. In-
terea ingruentibus noctis tenebris gladiator in
eam irruit, sed diuina virtute repulsus, concepti-
animo scelus pudibundus detestatus est. Secundo
dein & tertio alijs violanda est tradita, sed diu-
no sulca praesidio, castissima semper intacta per-
mansit.

**Manet in-
tacta diuina
ope.**

**Obijcitur
Leoni qui
ei blanditur**

Quo quidem miraculo Praesidis impietas, non
modo non concidit, sed nouo quoque scelere co-
mulata, virginem ferocissimo Leoni obiecit. At
fera impijs demonum cultoribus humanior, vir-
ginis plagas lingere, & collo caudaque blandien-
te obsequium exhibere non destitit. Quare popu-
lo stupente & libertatem virgini immenso cla-
more postulante, Iudaeus quidam Burdarius no-
mine, princeps Synagogae, vna cum filijs, Iudici sug-
gessit, vt taurum in virginem demitteret. Iudeus
Marcianae interitum exoptans, non modo taurum
sed & Leopardum immani feritate produxit, qui
vno impetu sanctissimae virginis animam excu-
sit, verum haud impune impio Iudaeo confisum
hoc cecidit. Nam domus eius cum incolis vniuer-
sis caelesti igne conflagrauit, posterisque
hoc diuini iudicij monumentum re-
liquit, quod nullis artibus vel
sumptibus exusta domus
restaurari po-
tuit.

**Iudaeus Ar-
chilynago-
gus impijs-
simus.**